



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XXIV. De sortilegiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

ANNO
 CHRISTI
 1322.

XXIV.

Cum fortilegorum, maleficorum, incantatorum superstitiosa perniciēs sit reprobata a iure canonico & ciuili, & in his a pluribus excedatur, præfenti constitutione firmiter inhihemus, ne aliqui ad huiusmodi fortilegos, maleficos, incantatores, diuinatores accedere, aut ab eis super suis vel aliorum actibus consilium petere præsumant: alioquin tam ipsi, quam ab eis consilia requirentes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Inhihemus insuper sub excommunicationis pœna, ne aliquis attendat auguriis, aut in agendis secundum augurium consilia dirigantur. Prælati vero & prædicatores verbi Dei in suis sermonibus auguria dissuadeant omnibus Christianis.

XXV.

Cum per sanctorum patrum statuta præcipiatur, vt ecclesiæ in suis actibus materiæ mature procedatur, statuimus, vt purgatio canonica in causis sacrilegiorum vel aliis quibuscumque nullatenus indicatur, nisi tali casu, pro quo de iure sit purgatio indicenda.

XXVI.

Vulgaris purgationis abusum per Canones interdictum, quo suspecti de criminibus ad se purgandum ferrum candens, aut aquam feruentem accipiunt, detestantes, statuimus, vt mandantes talem purgationem fieri, tenentes, exhibentes, custodientes, accipientes ad hoc ferrum vel aquam huiusmodi, cum his Deus tentari videatur, & innocentes in huiusmodi purgationibus sine demeri-